



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

I. Felicitación al Padre Santo y respuesta.—II. Circular del obispado, anunciando bendición papal.—III. Resoluciones de la S. R. U. Inquis.: a) *Utrum vitandi sint excommunicati nominatim*, etc? b) *Ablata excommunicatione minori non cessat prohibitio communicandi*. c) *Relate ad absolutionem reservatarum S. Sedi*. d) *Quoad matrimonium eorum qui diu in dioecesi versati sunt sed domicilium vel quasi non contraxerunt*. e) *De delegatione generali assistendi matrimonio*.—IV. Circular de la Secretaría de Cámara, sobre colecta del viernes Santo.—V. Carta del Presidente de la Junta central para la suscripción nacional.—VI. Órdenes conferidas en las últimas tóporas.—VII. Necrología.

FELICITACIÓN AL PADRE SANTO Y TELEGRAMA DE RESPUESTA

Al telegrama que nuestro Rmo. Prelado dirigió á Su Santidad el 20 de Febrero pasado, felicitándole por el aniversario de su elección, y deseándole gracia y salud y más largos años para el bien de la Iglesia, se ha servido contestar su Secretario de Estado, diciendo:

“Roma, 27 Febrero.

Padre Santo agradece mucho buenos deseos de V. I., sus diocesanos, á quienes bendice cariñosamente.—M. CARD. RAMPOLLA,,.

OBISPADO DE SALAMANCA

Circular

En virtud de las facultades que nuestro Santísimo Padre el Papa Leon XIII se ha dignado conferirnos para dar la bendición Apostólica en la Pascua de Resurrección de Nuestro Señor Jesucristo, hemos acordado bendecir solemnemente al pueblo el domingo 2 del próximo Abril y conceder indulgencia plenaria y remisión de todos los pecados á los fieles de uno y otro sexo que, verdaderamente arrepentidos, y habiéndose confesado y recibido la santa comunión, se hallaren presentes á dicho acto que, con el auxilio de Dios, verificaremos el expresado día en nuestra Santa Basílica Catedral, terminada que sea la misa solemne de Pontifical.

Y para que puedan aprovecharse nuestros amados diocesanos de gracia tan especial é inestimable, encargamos á los Sres. Curas Párrocos y Ecónomos lo hagan saber oportunamente á sus respectivos feligreses.

Salamanca, 15 Marzo 1899.

† FR. TOMÁS, *Obispo de Salamanca.*

E S. R. UNIV. INQUISITIONE

I

Utrum hodie vitandi sint nominatim excommunicati, vel qui declarantur excommunicati sive a Papa sive ab Epo; et utrum exinde incurratur excommunicatio minor (1).

Beatissime Pater:

Episcopus N. N., pressus a Clero suae Dioecesis, qui in collationibus casuum conscientiae difficultates plures movent circa interpretationem Bullae Pii IX *Apostolicae Sedis*, datae IV idus Octobris 1869, ad istas explanandas fidenter ad sacram et supremam Congregationem Universalis Inquisitionis recurrit authenticam responsionem efflagitando.

Nam in commentariis ad censuras contentas Articulis XVI et XVII inter excommunicationes latae sententiae R. Pontifici simpliciter reservatas occurrit sermo de excommunicatis vitandis, ac proinde de vigore Constitutionis Martini V *Ad evitanda scandala*, utrum nec ne hodie sint tantum vitandi qui nominatim excommunicantur a Papa, vel etiam tales habendi sint clericorum notorii percussores. Iterum utrum vitandi sint qui nominatim excommunicantur, vel nominatim excommunicati declarantur ab Episcopo. Demum utrum qui communicat cum excommunicato vitando, praeter casus in Bulla *Apostolicae Sedis* expressos incurrat nec ne excommunicationem minorem.

Doctores vero alii tum ex effato “legislator quod voluit expressit, quod noluit tacuit,; tum ex altero “odia sunt restringenda,; pro negativa sententia ratiocinantur: alii vero

(1) Ex illo decreto, quod uti sequens nondum fuerat in lucem editum, solvuntur quaestiones, usquemodo inter doctores disputatae.

contradicunt, ductis rationum momentis tum a favorabili privilegio canonis, tum a juridica legislatoris voluntate. Ut in re tanti momenti anxietates tollantur, Episcopus orator humillime expostulat responsionem Pontificiam ad insequentia quatuor dubia:

I. Suntne vitandi qui nominatim excommunicantur sive a Papa, sive ab Episcopo?

II. Suntne vitandi qui nominatim declarantur excommunicati sive a Papa, sive ab Episcopo?

III. Suntne hodie excommunicati vitandi notorii Clericorum percussores?

IV. Qui communicat cum excommunicato vitando, praeter peccatum, incurritne hodie excommunicationem minorem?

Feria IV, die 9 Januarii 1884.

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD-Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I et II. Affirmative ad normam Constit. Martini V, quae incipit Ad evitanda: hoc excepto quod communicantes cum excommunicatis vitandis hodie non incurrunt excommunicationem majorem, praeter casus comprehensos in Constit. Apostolicae Sedis IV idus Octobris 1869.

Ad III. Affirmative, ut supra, juxta laudatam Bullam Ad evitanda.

Ad IV. Detur Decretum fer. IV 5 Decembris 1883 in Petrocoren. quod ita se habet:

1. "Fere omnes Constitutionis *Apostolicae Sedis* s. m. Pii PP. IX commentatores docent, excommunicationem minorem, vi hujus Constitutionis, abolitam esse. Utrum haec sententia tuto doceri possit in suo Seminario?—Ad 1. EE. DD. respondendum decreverunt: *Affirmative, facto verbo cum SSmo.*„

Eadem vero die, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

II

Ablata excomm. minori contra communicantes cum excommunicatis nominatim a Papa, non cessavit prohibitio.

Feria IV, die 2 Augusti 1893.

Huic S. R. et U. Inquisitionis Congregationi propositum fuit sequens dubium enodandum:

Utrum, ablata excommunicatione minori contra eos qui communicant cum excommunicatis nominatim a Summo Pontifice, censeatur etiam ablata prohibitio?

Porro in Congregatione Generali habita coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Negative (1).

Sequenti vero Feria V, die 3 ejusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ad RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

(1) Ex quo sequitur quod si certo cessavit excomm. minor pro iis qui communicant *in Humanis* cum excomm. vitandis, non ideo cessavit obligatio saltem levis non communicandi cum iisdem, contra id quod nonnulli opinabantur. Haec nota, uti sequens excerpta est ab Ephem. *Monit. Ecl.* Cuique suum.

III

Absolvi potest a casibus S. Sedi reservatis, sine obligatione mittendi epistolam ad S. Poenit. quando neque confessarius, neque poenitens talem epist. mittere possunt (1).

Beatissime Pater:

Sacerdos N. N. ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, sequentium dubiorum solutionem humiliter efflagitat:

I. Utrum decretum S. R. et U. Inquisitionis datum sub die 23 Iunii 1886 intelligendum sit tantum de iis, qui *corporaliter* S. Sedem adire nequeunt; vel etiam de iis, qui *ne per litteras quidem per se, neque per confessarium*, ad S. Sedem recurrere valent?

II. Et quatenus decretum praedictum extendi debeat etiam ad eos, qui ne per litteras quidem ad S. Sedem recurrere valent, quomodo se gerere debeat Confessarius?

Et Deus etc.

Feria IV, die 9 Novembris 1898.

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I et II. Quando neque confessarius neque poenitens epistolam ad S. Poenitentiarium mittere possunt, et durum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu liceat confessario poenitentem absolvere etiam a casibus S. Sedi

(1) Verificari potest casus v. g. tempore Missionis, vel exercitiorum spiritualium quae a sacerdotibus extraneis praebentur, qui abire debent quin expectare possint responsonem S. Poenit. nec poenitens sciat scribere, vel impediatur ne scribere possit.

reservatis absque onere mittendi epistolam, facto verbo cum SSmo.

Sequenti vero sabbato die 12 ejusdem mensis et anni in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

IV

Ordinarius nequit concedere parochis licentiam assistendi matrimoniis eorum qui quamvis diu in dioecesi versati sint, tamen in nulla parochia domicilium vel quasi dom. acquisierunt, nisi agatur de vagis; —licentiam generaliter concedere potest tum parochi actualis domicilii, tum parochi anterioris, per tres menses a die discessus nupturientium.

Infrascriptus Archiepiscopus N. N. Supremae S. R. et Univ. Inquisitionis Congregationi sequentia dubia proponit, ut securius in administranda Dioecesi officium suum adimpleat.

I. In hac magna Civitate N., quo undique concurrunt homines variae conditionis, frequenter a multis domicilium mutatur. Reperiuntur praesertim famuli qui nunc apud unam familiam degunt, nunc apud alteram, ita ut in nulla parochia domicilium vel quasi domicilium acquirant. Venerunt quidem, in dictam civitatem N. ut ibidem commorentur ad sustentationem quaerendam, et revera in Dioecesi N. habitant per majorem anni partem, vel etiam per plures annos, ita ut si non acquirant domicilium aut quasi domicilium in hac vel illa parochia, ob frequentem mutationem habitationis, dici possunt habere domicilium in Dioecesi, quo venerunt ad habitandum in perpetuum vel saltem ad longum tempus.

Quum autem agatur de matrimonio contrahendo ab illis,

hactenus Archiepiscopus existimavit suos esse subjectos et posse delegare, ad matrimonium celebrandum, Rectorem parochiae, ubi de facto habitant, dummodo in Dioecesi versati fuerint per tempus sufficiens ad constituendum domicilium vel quasi domicilium, sive nullum aliud domicilium extra Dioecesim N. habeant, sive adhuc conservent alibi aliquod domicilium, v. g. paternum vel fraternum in loco, unde oriundi.

His ultimis temporibus, nonnulli Canonistae dubitarunt utrum commoratio in Dioecesi sufficeret ad matrimonium, quando non acquiritur domicilium vel quasi domicilium in aliqua parochia determinata.

Quaerit igitur Archiepiscopus utrum recte se gerat in delegandis parochis suae Dioecesis, ad matrimonium eorum qui reperiuntur in circumstantiis supra expositis.

II. Frequenter evenit in hac Civitate N. ut quis, nuptiis jam paratis in Parochia ubi domicilium vel quasi domicilium habet, aliquot dies ante matrimonium, transit ad aliam parochiam, sive habitando apud amicum, vel in aliquo diversorio usque ad nuptias; sive in domo ubi proponi habitare post matrimonium.

Res ita se habent frequenter pro famulis et famulabus; attamen bona fide celebrant suum matrimonium in parochia prioris domicilii, paracho inscio discessus eorum.

Ad praecavendam nullitatem matrimoniorum quae fiunt hoc modo, Archiepiscopus generali statuto edixit liberum esse suis Dioecesanis matrimonium contrahere sive coram paracho actualis domicilii, sive coram paracho domicilii anterioris per tres menses a die discessus eorum; declarando se delegationem necessariam utrique paracho concedere. Sedulo autem voluit parochos monitos hoc statutum tantum valere pro iis qui in Dioecesi N. commorari non desierint; non vero pro iis qui e Dioecesi N. egressi in Dioeceses vicinas sese contulerant ante matrimonium.

Feria IV, die 9 Novembris 1898.

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, iisque maturrime discussis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Reformato dubio: An Ordinarius parochis licentiam concedere possit assistendi matrimoniis eorum, qui diu in dioecesi versati sunt, sed in nulla paroecia domicilium, vel quasi domicilium acquisierunt?

Resp. Negative; nisi diligenti inquisitione facta, constet eos, de quibus est quaestio, neque in civitate N., neque alibi, in nulla paroecia verum vel quasi domicilium canonicum habere; sed esse vagos.

Ad II. Reformato dubio: An licentiam generaliter Ordinarius concedere possit, tum parocho actualis domicilii contrahentium, tum parocho anterioris, per tres menses a die discessus eorum?

Resp. Archiepiscopus utatur jure suo, prae oculis habita responsione S. C. Concilii in causa Coloniensi de die 18 Martii 1893 (1).

(1) Hujusce Decreti momentum nullus est qui non videat. In priori Dubii parte solvitur quaestio utrum sufficiat pro contrahendo matrimonio domicilium vel quasi domicilium in Dioecesi, vel absolute haberi debeat in aliqua paroecia. Putabant nonnulli DD. sufficere domicilium in Dioecesi, quia quum Episcopus sit parochorum parochus, si sufficit pro matr. ut quis subditus sit parochi, a fortiori sufficere praesumitur si quis sit Episcopis subditus. Sed hoc non valet relate ad matrimonium. Tridentinum enim praescripit ut celebraretur hoc sacramentum *coram proprio parocho*, non autem *coram proprio Episcopo*. Et ideo domicilium acquiri debet in determinata aliqua paroecia. Non enim sufficit ut quis per majorem anni partem vagaverit intra fines Dioeceseos per plures paroecias, retinens domicilium in alio loco. Et quamvis Episcopus sit parochorum parochus (et ideo delegare potest pro matr. etiam alios parochos) domicilium acquiri debet penes parochum. Et tunc solum Episcopus alios pro matrimonio delegare potest, quando domicilium fuerit hoc modo acquisitum. De cetero etiam a lege ci-

Sequenti vero sabbato die 12 Novembris ejusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. CAN. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

V

Non sustinetur consuetudo vi cujus quilibet sacerdos delegatus ad omnia sacramenta administranda, assistit etiam omnibus matr. dioeceseos. Excipiuntur ordinarie vice parochi.

Beatissime Pater:

Hodiernus Archiepiscopus N N., ad matrimoniorum fidelium suae jurisdictionis validitatem procurandam, ut par est, intentus, et ad pedes S. V. provolutus, quae sequuntur humillime exponit.

In ista Dioecesi certo viget decretum Concilii Trid. de clandestinitate Cap. *Tametsi*. Pluribus autem abhinc annis inter clerum sparsa est opinio quod valide fidelium matrimonii quilibet sacerdos dioeceseos, sacrum ministerium exercens absque *speciali* Ordinarii aut parochi delegatione, assis-

vili requiritur domicilium in aliquo municipio, non autem in aliqua Provincia.

Maxime attendenda venit etiam posterior Decreti pars. Haud infrequenter evenit ut quis domicilium habens in una parochia, vult illud transferre in aliam, et de facto in illam sese transfert. Sed quum in priori jam proclamationes factae sin aliaeque formalitates, cupit in eadem contrahere: Parochus autem ignorans mutationem domicilii assistit matrimonio, quod nullum est quia cum animo eligendi domicilium in aliquo loco, sufficit unius diei commoratio ut quis subditus sit parochi novi, coram quo non autem priori, contrahi debet. Optime potest Epus generaliter delegare in hoc casu parochos prioris domicilii sponsum, ad mentem resolutionis S. C. Conc. in una *Colonien*. Et ita praxis probata a S. C. Conc. iterum consecretur a S. O.

tere valeret, vi facultatis generalis ei concessae administrandi omnia sacramenta quae ordinem episcopalem non requirunt.

Plurima ergo celebrata sunt, toto istius temporis spatio, matrimonia coram sacerdotibus, qui nec ab Ordinario, nec a partium parochis delegati erant ut dictis matrimoniis assisterent.

Ex indubiis testimoniis certo apparet Praedecessorem meum dictae opinioni adhaesisse atque repetitis vicibus pluribus sacerdotibus privatim declarasse dictam opinionem tuto sequi posse.

Porro dictam plurium sacerdotum istius dioeceseos opinionem, nullo probabili fundamento niti, erroneam esse et decreti Concilii Trid. Cap. *Tametsi* subversivam infrascripto Archiepiscopo videtur. Persuasum habet Ordinarium non posse delegare omnes sacerdotes dioeceseos ut assistere valeant quibuscumque matrimoniis sponsorum, qui in variis parochiis legitimum habent domicilium aut quasi-domicilium. Insuper etiamsi jus illud illi competeret, compertum est illo conceptis verbis et ex officio nunquam usum fuisse Archiepiscopum predecessorem.

Liceat ergo sequentia dubia proponere:

I. An facultati generali administrandi omnia sacramenta, quae ordinem episcopalem non requirunt, includatur facultas assistendi omnibus matrimoniis fidelium dioeceseos?

II. Quatenus negative, quid faciendum sit in casu ad revalidanda multa matrimonia contracta absque praesentia parochi proprii aut sacerdotis legitime delegati?

Feria IV, die 7 Septembris. 1898.

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Negative, nisi agatur de vice-parochis, qui ex

consuetudine dioecesis habitualiter delegati censeantur pro propria paroecia.

Ad II. Supplicandum SSmo pro sanatione in radice ad cautelam hujusmodi matrimoniorum usque ad diem publicationis praesentis decreti per Archiepiscopum.

Sequenti autem feria IV, die 9 ejusdem mensis Septembris in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquisit. Not.

SECRETARÍA DE CÁMARA

Circular

Recordamos á los Sres. Curas párrocos y encargados de parroquias el mandato de nuestro Santísimo Padre el Papa Leon XIII, referente á la colecta que han de practicar el jueves y viernes Santo para los Santos Lugares.

Como en los años anteriores, mandarán el importe de las limosnas á esta Secretaría, que á su vez, se encargará de hacerlas llegar á su destino.

Salamanca 15 de Marzo de 1899.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,

Maestrescuela-Secretario.

SUSCRIPCIÓN NACIONAL

PARA

EL FOMENTO DE LA MARINA Y GASTOS GENERALES DE LA GUERRA

JUNTA CENTRAL

EXCMO. SR.

El Excmo. Sr. Presidente del Consejo de Ministros, me comunica, con fecha 10 del actual, la Real orden siguiente:

“Excmo. Sr.:—Vista la comunicación de la Junta Central de la Suscripción Nacional para el fomento de la Marina y gastos generales de la guerra, en la que manifiesta que firmada la paz con los Estados Unidos, habiéndose cerrado ya en absoluto las suscripciones abiertas en toda la Nación, y no recibiendo ingresos del extranjero por cesación de los donativos y cuestaciones que venían realizando nuestros Embajadores, Ministros plenipotenciarios, Representantes y Cónsules, así como también las Juntas patrióticas españolas de las Repúblicas sudamericanas; estima llegado el caso de dar por terminado el patriótico cometido que se le confió por Real decreto de 14 de Abril último.—Y considerando acertadas las razones expuestas, S. M. el Rey (q. D. g.) y en su nombre la Reina Regente del Reino, de acuerdo con el Consejo de Ministros, se ha servido resolver:

1.º La Suscripción Nacional voluntaria para el fomento de la Marina y gastos generales de la guerra, abierta por Real decreto de 14 de Abril último, quedará cerrada el día 28 del corriente mes. Los donativos en efectos públicos que se encuentren en depósito, así como los que se remitan por conducto del Ministerio de Estado, ó que se presenten en el Banco de España, ó en sus Sucursales de las provincias con posterioridad á la citada fecha, con destino á la Suscripción

Nacional, ingresarán desde luego en el Tesoro público, y los que existan, y se reciban en especie, se entregarán á los Ministerios á que correspondan, respetando en todo caso la voluntad de los donantes.—2.º La Junta Central, aprobará las cuentas parciales que presenten las auxiliares, redactará la general para la publicación de las primeras en los *Boletines Oficiales* de las provincias, y la segunda en la *Gaceta de Madrid*, en cumplimiento de lo que dispone el artículo 8.º del Real decreto de 14 de Abril último.—3.º Se autoriza á la Junta Central para que eleve al Gobierno, la propuesta de gracias ó recompensas á que se hayan hecho acreedores, las Corporaciones, colectividades, ó individuos extranjeros y nacionales, por sus salientes rasgos de generosidad y notables servicios.—Cumplidas que sean las dos anteriores disposiciones, se servirá V. E. declarar disueltas, la Junta Central de su digna presidencia, y las auxiliares de las provincias.—Es también voluntad de S. M. se den las gracias en su Real nombre á V. E. y á los demás individuos que componen esa Junta Central por el patriotismo, celo é inteligencia con que han desempeñado la difícil misión que se les confiara, y así mismo á las auxiliares de las provincias por el desinterés y entusiasmo con que han procedido en tan laudable empresa.—De Real orden lo digo á V. E. para los efectos consiguientes.,

Lo que traslado á V. E. para su conocimiento, y á fin de que procure la inserción de la precedente Real orden en el Boletín Oficial de esa provincia, y la haga saber á las Juntas municipales de la misma, interin se le remiten instrucciones para su más exacto cumplimiento.

Dios guarde á V. E. muchos años. Madrid 16 de Febrero de 1899.—EL PRESIDENTE, † J. Obispo de Sión.—EL SECRETARIO, Miguel Moya.

Sr. Presidente de la Junta auxiliar de la provincia de Salamanca.

ÓRDENES SAGRADAS

En la capilla oratorio del Palacio Episcopal las recibieron de manos del Rmo. Prelado de la diócesis el día 25 de Febrero, los señores siguientes:

Subdiaconado

- | | | |
|---|---|-------------------------|
| D. José Sánchez Mondelo. | } | <i>Diocesanos.</i> |
| „ Eloy Usallán Martín. | | |
| „ Baldomero Hernández Quintana. | | |
| „ José López Rodríguez. | } | <i>Extradiocesanos.</i> |
| „ Luciano Huidobro Serna. | | |
| Fr. Avelino Díaz. | } | <i>Dominicos.</i> |
| „ Emilio Colunga. | | |
| „ Daniel Avellanosa. | | |
| „ Estanislao de la Virgen del Carmen. | } | <i>Carmelitas.</i> |
| „ Juan Evangelista de Jesús. | | |

Diaconado

- | | | |
|--|---|------------------------|
| D. Juan Francisco Sánchez Barbero. | } | <i>Diocesanos.</i> |
| „ Juan Lorenzo Hernández Martín. | | |
| „ Roque Clavero Calvo. | | |
| „ Juan Aparicio Sánchez. | | |
| „ Francisco Terrero Riesco. | | |
| „ Julián Torrijos. | | <i>Extradiocesano.</i> |
| Fr. Domingo Cachero. | } | <i>Dominicos.</i> |
| „ Jesús Morán. | | |
| „ Enrique Alvarez. | | |
| „ Benito Riera. | | |
| „ Pedro Piquero. | | |
| „ José Gonzalo. | | |
| „ Bernabé de la Virgen del Carmen. | } | <i>Carmelitas.</i> |
| „ Constancio de San José. | | |

Presbiterado

- D. Juan Francisco Hernández
Rodríguez.
- „ Odón Palomino García.
- „ Isidoro Pereira Hernández.
- „ Guillermo Pérez Hernández.
- „ José Manuel Iglesias García.
- „ Agustín Rodríguez Mostaza.
- Fr. Antonio Queipo.
- „ Ramón Palacios.
- „ Vicente G. Cifré.
- „ Manuel Gutiérrez.
- „ Froilán Casquero.
- Diocesanos.*
- Extradiocesano.*
- Dominicos.*

NECROLOGÍA

En 23 de Febrero, 6 y 13 de Marzo, han fallecido respectivamente los Presbíteros D. Joaquín Cruz, párroco de Macotera; D. Ignacio Camblor, párroco de Moraleja de Huebra, y D. Tomás Peña, párroco jubilado de Alconada, en este Obispado de Salamanca, y en el Obispado de Ciudad-Rodrigo, D. Cipriano Martín, párroco de Bodón.—R. I. P.

Los Sres. Socios aplicarán una misa y tres responsos por el ánima de cada uno de los fallecidos.